

y· Lucas y· 84·

& ecce homo erat in hierusalem. cui nomen symeon · &
homo iste iustus & timoratus. expectans consolationem
israhel. & spūs scūs erat in eo · & responsum acceperat a spū
scō. non uisurum se mortem nisi prius uideret xpm dnī ·
& uenit in spū in templum · & cum inducerent puerū
ihm parentes eius. ut facerent secundum consuetudinē
legis pro eo. & ipse accepit eum in ulnas suas. & benedixit
dm & dixit · Nunc dimittis seruum tuum dne. secundū
uerbum tuum in pace · quia uiderunt oculi mei salu-
tare tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum ·
Lumen ad reuelationem gentium. & gloriā plebis tuae israh
Et erat pater eius & mater mirantes. super his quae dice
bantur de illo · & benedixit illis symeon. & dixit ad mariā
matrem eius · ecce positus est hic in ruinam. & resurrectio
nem multorum in israhel · & in signum cui contradicetur ·
& tuam ipsius animam pertransibit gladius. ut reuellen
tur ex multis cordibus cogitationes · & erat anna prophe
tissa filia phanuel de tribu aser. haec processerat in diebus
multis. & uixerat cum uiro suo annis septem a uirginita-
tesua · & haec uidua usque ad annos octoginta quattuor.
quae non discedebat de templo. ieiuniis & obsecrationibus
seruiens. nocte ac die · & haec ipsa hora superueniens.
confitebatur dno. & loquebatur de illo. omnibus qui expec

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0173